



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Preciosa || Hiero-||theca || Dvodecim || Vnionibvs ||
Colo-||niensis Historiae || Exornata**

Gelenius, Aegidius

Coloniae Agrippinae, 1634

II. Lapis S. Severinvs Sapphirus

urn:nbn:de:hbz:466:1-9564

Nauis spō- cepta conditione impositum mox nauiculæ S. MATERNI cadauer, ad-
uerso sanè humine, stupentibus omnibus, fuit delatum, vnde Treueren- A
te aduersū fibus fuit adiudicatum. Ita antiquissimus manuscriptus Archivi S. Cæciliae. In eo
flumen na- tamen loco, ubi nauicula suum stitit cursum, ipsius S. MATERNI huma-
uigat.
* Ruden- Illic enim in istius rei memoriam facellum excitarū vulgo * Rudenkir-
kirchen. chen quasi Ruhē & Rewenkirchen, id est, quietis aut doloris Eccle-
siam nuncupatam, ut habet traditio Ecclesiarum & sacrarium Agrippine.

II. Lapis

S. SEVERINVS

Sapphirus

Claruit sub
Theodo-
sio magno,
Gratiano
& Valenti-
niano Ar-
cadio &
Honorio
Impp. o-
bijtano
Christi
400.

Sacra SEVERINVS læsis restaurat in aris,
Et Martini animam cernit adire polum.

ex VVilbel. Salsm.

Hac insignia S. SEVERINO in sua basilica
pasim appinguntur. 

S. SEVERINVS Nobili Aquitano-
rum Burdegalæ prosapia oriūdus,
(de cuius electione agitur in appen-
dice concilij Agrippinensis habitii,
post consulatum Amantij & Albini,
anno Domini 346. secundum verio-
rem Baronij suppurationem. Cha-
piauill. lib. i. Episc. Leod. cap. 26. n. 6. in
annotat.) acerrimus fidei Catholicæ
assertor tempore Arrianæ perfidiæ
quam non solum è sua diœcesi pro-
scriptam, sed Burdegala quoque &
in Belgio alibi, potissimum Tungris
confutatam plurimū labefactauit,
Euphra-



A Euphrata Episcopo apostata iam sua sede pulso, diutissime Colonensem rexit Ecclesiam. Inter alia pietatis opera, quibus plurimum enituit, Basilicā x-
insignem basilicam in honorem Dei & Sanctorum martyrum Cornelij & Cypriani circa annum Domini 379. hodie à sacris ipsius exuuijs S. Seuerini nuncupatam, exædificauit. Hic Coloniæ loca sancta ex more dicitur. Anima S. cum Archidiacono suo obiens, melodiam Sanctorum Angelorum S. Martini. sub Cæsario & Attico Coss. anno Domini 397. defuncti, (vt testatur Gregor. Turon. lib. I. mirac. S. Martin. c. 4. Chapiav. l. r.) animam in cœlos summo cum triumpho deducentium audiuit; quam ut eius
B quoque Archidiaconus Euergislus audiret, suis impetravit meritis. Quod vero adhuc tempore obitus S. Martini superstes fuerit, docet id Gregor. Turon. lib. I. mirac. S. Martin. c. 4. Tandem meritorum dites & senio grauis cum iam quinquaginta duobus annis summa cum laude suam Ecclesiam Colonensem administrasset, imminentे corporis sui dissolutione Burdegalam anhelans, in Galliam profectus est, quo cum peruenisset, S. Amandus Episcopus Burdegalensis Angelica voce præ- S. Amadus. monitus S. SEVERINVM, quem ante non viderat, proprio nomine salutatum humanissimè exceptit, ut testis est V guardus, atque hic Burdegalæ relieto corporis sui ergastulo spiritum reddidit Domino, à quo ipsum hauserat, codem quo in cœlos migravit S. Martinus anno, aut ut vo- Traslatio lunt alij anno 400. Ab illius obitu Colonenses triennali siccitate re- S. Seuerini rum omnium ad transigendam vitam necessiarum inopia pressi, patroni sui absentis cœperunt desiderio accendi missis igitur Burdegalam legati orant, exorantque à Burdegalensibus S. NOSTRI corporis reliquias, quas ingenti cum gaudio Coloniam translatas statim sibi sensere per quam utiles, impetrata enim pluia mox omnis agri Coloniensis sterilitas submota quam magna subsecuta est Cereris vertas.

Tanti sibi à Patrono collati beneficij haud ingratit cives Colonien-
D ses; qualibet singularum hebdomadum feria secunda, conuentu in S. SEVERINI instituto, Beato Præsuli supplicant eique pro acceptis bene- ficijs gratias agunt, qui mos à Maioribus nostris, non solum ab Hermanno, alijsque Archiepiscopis usurpatus ad hæc usque nostra tempora perseverat, sed etiam exemplo B. Leonis III. Papæ Paderbornam ad Carolum M. proficiscentis, fuit comprobatus. Rogantibus comitibus suis causam cur illic in Ecclesia oraret, Pontifex respondit; loci huius defensor domi est, ideo non sum ausus illum præterire insulatum, contigit hoc anno 799.

Est

PRECIOSA

Pena sacri-
legorum.


Est & illud memoria dignum, quod anno 882. incensa tota ciuitate Colonensi Normanni (quos inter non minimi fuere Dani) nequie-
rint S. SEVERINI Ecclesiam inflammare : vindicem enim experti ma-
num subita morte extinguebantur. Vnde illius quoque ædis Dominum
perhibebant esse iratum. Atque ita ab eius vicinitate alio sese transfere-
bant, ut videre est apud Surium in ipsius vita.

Translationem Burdegala Coloniam celebrant Colonenses tertio Nonas Octobris, ut P. Canisius notat itemque msc. Vsuardus Coloniae auctus, qui subiicit, translationem illam Angelorum admonitione cœ-
pram atque à Deo qui semper est gloriosus in Sanctis suis, nouis miracu-
lis fuisse decoratam. Huius sanctissimi præsulis Hierothecæ, hi sunt in-
scripti versus.

Præsul præsentis Hermannus tertius urbis
Res Patronorum cupiens augere suorum,
Ossa SEVERINI capsæ prius indita vili,
Splendidiore domo gemmis inclusit & auro,
Quem pro peccatis iuuet huius gratia patris C
Cōpensans votū simul hoc laudabile domū.

Plura de S. SEVERINO. Vide apud Fortunatum, cuius meminit Gre-
gorius Turonensis de glor. Confess. cap. 45: Acta Euergisli ipsius Dia-
coni, Episcopi successoris apud Sur. tom. 5. die 24. Octobr. & vitam
S. Annonis, Sigebert. in Chron. ad ann. 399.

III. Lapis



S. EVERGISLVS

D Chalcedonius.

Claruit Ho-
norio & Va-
lentimano.
Impp. anno
400.

Ornat EVERGISLVM cum vittis laurea fusi
Sanguinis, ad Tungros fatæ subitque suos.

ex VVib. Salsmanno,

S. EVER-